

Verbisophi ergo negent, credantvé hæc mystica: vera
Hæc tamen æternùm, vera Magia docet.

Sofifilus Libonius, Tirinus.

Ad Autorem.

Sunt quos sylvivagos catulo sectare sagaci
Cervos, & Lepores exagitare juvat,
Sunt quos aucupio vitam traducere vasfro,
Et visco volucres illaqueare juvat.
Sunt quoq; quos, bello, Lorica insvescere, & armis
Mavortisq; sequi ferrea castra juvat.
Delectant alios alia: ut sua quemq; voluptas
Pertrahit, affectus, ingeniumq; rapit.
Sed te, plus majora juvant meliora probantur,
Et potiora tibi; sed graviora simul:
Pro canibus, proq; aucupio, captuq; ferarum:
In medium, tentas, consuluisse benè;
Et flores quæris; quæsitis floribus, egros
Floribus hisce facis flore vivere novo.
Nosse studeas mineras, atq; herbas, scire potentes:
Unde queas homini ferre peritus opem.
Quin physeos ruminando specularis abyssos,
Æthereosq; situs, stelliferasq; vias.
Quicquid & abstruse sapientia continet artis
Omnigenæ, dives omnigenæ artis ope,
Hoc perscrutaris, quod ego centuplici famâ
Dignum, centuplici gloriâ & esse reor

B

Nec